

62.

caritate in oboedientiam caritatis. in fraternitatis amore.
 Simpliciter ex corde inuicem diligite. ^{quasi} attentius renati non
 ex femine corruptibili. Per uerbum dei uiui & p[er]manentes in c[on]tinu[um].
 quia omnis caro ut fenum. & omnis gloria eius tamquam
 flos feni. Exaruit enim fenum. & flos eius decidit.
 Verbum autem domini manet in aeternum.

DOMINICA .II. POST OCT[AVAS] PASCHAE.



LECTIO EP[ISTOLAE] BEATI PETRI APOSTOLI. **K**MI.

BE SECRO VOS TAM QVAM ADVENAS ET PER
 agrinos. abstinere uos a carnalibus desideris que
 militant aduersus animam. Conuersatione[m]
 uestram intergentes habentes bonam. ut in eo quod detrac
 tant de uobis tamquam de male factoribus. ex bonis ope
 ribus uos considerantes. glorificent deum in die uisitationis.
 Subiecti estote omni humane creature. propter deum. Siue
 regi. quasi precellenti. siue ducibus tamquam ab eo missis.
 ad uindictam male factorum. laudem uero honorum. Quia
 sic est uoluntas dei ut beneficientes. obmutescere facia
 tas imprudentium hominum ignorantiam. Quasi liberi.
 & non quasi uelamen habentes malicie libertatem. sed
 sicut serui dei. Omnes honorate. fraternitatem diligite.
 Deum tamquam regem honorificate. Serui. subditi estote in